Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26106
Copyright: Admont, Benediktinerstift



126

illi dicentes. Alii iohannem baptistam. alii heliam. alii uero quasi
unum de prophetis. Pulchre fide dns discipulos exploraturus primo
hominum sententiam interrogat. ne uidelicet illorum confessio non ue
ritatis agnitione probata. sed uulgi uidebatur opinione firmata.
nec comperta credere sed instar herodis de auditis hesitare putentur.
Unde et petro se xpm confitenti secm matheum dicit. Quia caro
et sanguis non reuelauit tibi. hoc est doctrina humana fidei te ue
ritatem non docuit. Pulchre etiam quid diuersam de dno sententiam
ferunt. hominum nomine notantur. Nam quid ueritatem potentie
et fidei ueram mente cognoscunt. nequaquam homines sed dii
appellari merentur. quales apostolos fuisse secta sua interrogatione
dns ostendit. Nam sequitur. Tunc dicit illis. Vos uero quem
me dicitis esse. Attende prudens lector quid exsequentibus
textuque sermonis. apli nequaquam homines sed dii appellentur:
Cum enim dixisset quem me esse dicunt homines. subiecit. Vos uero
quem me dicitis esse. Illi quidem homines sunt humana opinantur.
uos quidem dii estis quem me esse existimatis. Respondens petrus
ait ei. Tu es xpe filius dei uiui. Licet ceteri apli sciant tamen
petrus respondit pceteris. Compleuit enim uaque omnia quia et naturam
et nomen expressit unique summa uirtutum est. Cuiane nos de
generatione dei serimus questiones cum paulus iudicauerit
nichil se scire nisi xpm ihm et hunc crucifixum. petrus nichil
amplius quam xpm dei filium putauerit efferendum. nos et quando
et quomodo natus sit. et quantus sit humane infirmitatis con
templatione rimamur. Finis enim fidei mee xpe est. finis fidei
mee dei filius est. non licet mihi scire generationis seriem non licet
tamen nescire generationis fidem. Et comminatus est eis ne cui
dicerent de illo. Cepit docere illos quo oportet filium ho
minis multa pati et reprobari a seniorib; et cetera. Idcirco

.A.

VIII.